

Civium singulorum provincie [Campanie] / ad quos nostra versatur intentio [...] cupientes intendere / ut tempore nostri regiminis cum tranquillitate / fruatur, omni materia s[candali releg]ata, consulta deliberatione provi/dimus aliquos ex potestatibus et [civibus] Campanis facere coram nostra / presentia evocari, up ipsis coram nobis presentibus possi/mus conferre munitionem et ordinare super premissis plurima que / incumbunt. Et quia super condicione tractatus huiusmodi presentiam tui / potestatis, synd[ici] vestri, ad hoc sollempniter ordinati et omnium auctoritate / suffulti, ac X de melioribus hominibus civitatis vestre coram nobis / decrevimus oportunam, vobis, auctoritate qua fungimur, ad penam C marcharum / argenti precipiendo mandamus quatenus tu potestas cum syndico, ad / hoc ut predicatur ordinato et destando in omnibus iussionibus et / mandatis, et cum X hominibus supradictis coram nobis die VIII proximi / futuri mensis personaliter et infallibiliter presentetis, facturi ea / que mandaverimus et super premissis duxerimus statuenda. Datum etc. //

35.

Ein Ungenannter teilt mit, daß seine Freunde, die Kardinäle, heute, am 5. Juni (!), den Benediktiner P(etrus) de Morrone zum Papst gewählt haben.

Hs. fol. 6v.

(1294 Juli 5)

Rubrik: Fr[atr]is Petri de Morrono electio [nunciatur]²³⁾.

[Ius]tus et [misericors] Dominus et excelsus Christus Iesus, [qui facit^{a)} quecumque] vult²⁴⁾, tangit montes / et fumigabunt²⁵⁾, et mentes hominum gratie sue rore perfundit, / pie ad christianum populum de alto prospiciens, qui diu fuerat / pastoris presidio destitutus, dominorum cardinalium animos inspiravit, mit/tens ad eos spiritum sanctum suum, qui assidens in medio eorundem / corda ipsorum aperuit, faciens quod ipsi, nullo tractatu prehabito, omni / consideratione

a) fehlt Hs.

²³⁾ Ein ähnlicher Brief (Mitteilung der Wahl Cölestins V.) ist von F. B a e t h g e n, Beiträge zur Geschichte Cölestins V. (1934) S. 316 Nr. 3 bekanntgemacht worden. Nach B a e t h g e n ist dieser Brief vom Kardinal Matthäus von Acquasparta einem römischen Adeligen (dem Grafen Orsello Orsini?) gesandt worden.

²⁴⁾ Vgl. Ps. 134,6.

²⁵⁾ Ps. 103,32; vgl. 143,5.